









31a  
XIV  
IN SOLENNEM FESTI-  
VITATEM NUPTIARVM

AMPLISSIMI  
ET PRVDENTISSIMI  
VIRI, ERVDITA DOCTRINA,  
eximiâ dignitate, omniq; virtutum laude præ-  
stantissimi, Dn. IACOBI MICHAELIS,  
Inclytæ Reipubl. Halensis  
Coniulis vigilantissimi,

CVM

FOEMINA LECTISSIMA  
ET PVDICISSIMA, ANNA FREVDEMAN-  
NIA, Amplissimi, Excellentissimi & Consultissimi viri, Dn.  
SEBASTIANI DRACHSTADII, I. V. Docto-  
ris celeberrimi, & Salinarum Saxonicarum  
Consulis quendam solertissimi p. m.  
relictâ viduâ.

Celebratarum die VI. Mensis IXbris.

re 20

Hala Saxonum Typis Pauli Græberii, Anno 1599.

45



AONIDVM CHARITVM QVE CHORO  
CONNVBI A GRATA.

**D**VM viduo vidua, ò CONSVL, tibi Consulis vxor  
Traditur, Aonides sic cecinere novem:

Par utriusq; torus meritis, Virtutibus, arte;  
Sanguine, stirpe, fide, par utriusq; t. rus.

EST BOTICHERA domus, domus est & OHEMIA nota;

EST FREVDMANA simul stemmate nota domus.

Constituis tribus his junctis, splendore coruscis,

SPONSE tuam, IOVA constituent, domum.

Nome vel his longo certat tribus ordine junctis,

Virtutum studio, DRACHSTADIANA domus?

Vt tua stirps vel sic etiam splendoris abunde

& Maioris cumulo crescat adaugeta novo.

† Iohannes t. verò adjiciatur & hoc: † Abavus tuus hujus

1478. Curia an haud olim pars quotacumq; fuit?

1481. Non † Proavus patriam, tot jam labentibus annis,

1484. Consilio juvit, Consul, & arte, suam?

1487. Tum simul OLTZSCHIO ei juncto de stirpe pr. pinqua,

ante ann. 121. Hunc qui par studiis, & pietate fuit.

† Clemens Cognati merita innumera an percenseat ullus,

Senator Qui gratum d'CLYPEO MONTE q; nomen h. bet?

oeties, in. Cujus in hac n. menq;, & fama, manebit in urbe,

cip. an. Templis, Scholae, Cathedra, Curia donec erunt.

1494. Cuius nunc libuisse juvat, quam dicere laudes,

Consul bis Quas alia alterius temporis hora dabit.

1516. De TE, de q; aliis libet haud nunc dicere, SPONSE,

1519. Dicere n. im tempus, dicere tu q; vetas.

ante an. 83. Adde sed hoc; meritis Majorum in s. lere pergis

Eximis, nunquam quae memoranda satis.

Curia



*Curia florescit parte, respublica crescit,*

(a) *Cuius nunc Censal tertia scepra geris.*

(b) *Quin & idem Frater prestare Hieronymus acers*

*Qui fidã patriæ commoda mente iuvat.*

*Ergò dimus laudata vale, stirps inclyta Salve,*

*Et laudes pergas amplificare tuas.*

*Sic tua florentes durabit fama per annos,*

*Sana eris atq; Solo, salva eris atq; Polo.*

*Sic Musæ cecinere sacræ: Charitum chorus, atq;*

*Assensit tali diuus Apollo sono:*

**NUMINE** sit felix: **tranquillus & OMINE; PROLE**

*Fecundus; SECLIS* sit diuturnus amor.

*Sors & acerba ferens siquid minitatur acerbum,*

*Id rapidus tumidum per mare ventus agat.*

(a) Senator An<sup>o</sup>

1587.90.

93. Conf.

1594.97.


99.

(b) Senator

1591.92.

95.98.

M. Christophorus Caesar  
Scholæ Halensis Rector.





## Problema Nuptiale.

Vt Monta-  
nus, à quo  
Montani  
qui & na-  
Capoi.  
Tertull.  
Epiphan.

**N** vacuo praestet Viduum recubare cubili,  
Quàm socij rursum lecti nova vincula subire &  
Papicola certant, & adhuc sub Iudice magna  
Lis est, dum magno jaçant se Nomine Patrum,  
Fœdera qui thalami damnant iterata jugalis.

At litem dirimit; vanamq; explodit in auram  
Stultas Papicolùm nugas, præscriptaq; Patrum,  
CONSUL in Hallensi, famâ celeberrimus urbe;  
Rectius edocuit quem sacri Pagina verbi,  
Quem Themis eximij & virtus laudibus ornat,  
Eunomieq; sequax insigni insignit honore;  
Tertia cui fausto nunc Sidere ducitur vxor.  
Somnia & istorum deridet. casta secundo  
SPONSA viro nubens post iristia fata prioris  
Conjugis: in patria vivus qui claruit urbe,  
Nunc magis ast summâ clarescit in arce polarum.

Sic rectè sapias & censes Amplissime CONSUL,  
Et benè SPONSA facis repetens nova fœdera lecti:  
Exemplo vestro facitis pia jussa IEHOVAE  
Et sancti verbi: cui quicquid congruit, illud  
Vt justum atq; pium; est ex omni parte probandum.  
Nam velut est Mens casta DEVS; sic degere castâ  
Vult homines mente; his certo dedit ordine jungi  
Per totam vitam in terris; & vivere in vnâ  
Carne duos; morte & fuerint si rupta prioris  
Vincula conjugij: licito frui amore vicissim  
Permisit cuius terna vice liberum & ultra.



*Ipsæ Antor thalami dixit: Non expedit, Esse  
Solum Hominem: id viduâ de vitâ dicitur omni.  
Hoc probat & Divus Paulus, dum talia fatur:  
Est inter castos Omnes Connubium Honore  
Dignum: bis quamvis repetitum, tervè, vel ultrâ.  
Quin vult: ut vidua socium post fata mariti  
Vernantes iterent thalamum juvenilibus annis.  
Ac si quis nequeat castè sine conjugis usu  
Vivere: tunc jubet ut justo sibi femina iungi  
More virum sinat, uxorem propriam q̄, maritus,  
Et sic illicitas vitent in pectore flammâs,  
Nubere enim melius, quàm turpibus ignibus uri.  
Quin quod multa Patrum contraria dicta referri  
Possint, Sanctorumq̄, probent exempla, licere  
Iuratori renovare: & sic maturior ævo  
Thariades olim formâ præstante Kethuram  
Duxit, uti secum cunctis in casibus annos  
Exigeret, duos solans sermone labores:  
Et quid enim toto formosius enitet orbe,  
Quàm genere & virtute pares, animisq̄, paratos  
Sic moderante D E O, viduo decedere lecto,  
Unanimesq̄, iterum subter juga velle reverti,  
Et longè divi fines extendere Regni.*

*Ergo cum Viduus Viduam, cum CONSVL honoris  
CONSULIS uxorem post fata suprema relictam;  
Cum castus castam, claram cum clarus; & hospes  
Castalidum, Veneris comitem, Charitumq̄, sororem  
Auspicio Christi; simul indulgentibus astris  
Legitimè ducat celebrans Hymenæia festa;  
Ecquis erit tantum versans sub corde furorem?*

Gen. 2.

Hebr. 13.

1. Tim. 5.

1. Cor. 7.

110




Hoc qui carpat opus, quod IOVA; domestica cura,  
Et socialis amor caussatur, & cithæa suadet  
Religio: Monachi, Satyri vesana Latini  
Turba licet spargant fœdis convicia labris.  
At vos Halleni Preceres, urbisq; Dynasta,  
Atq; verecundi geritis qui plena pudoris  
Pectora; vos casta Matres, cultaq; Puella  
Confertâ Sponsum & Sponsam stipate coronâ:  
Atq; Hymenæum unâ mecum celebrate faventes  
In temploq; novis pro Sponsis jungite vota  
Devotis animis: & tales promite voces:  
Quam, DEVS, apta novo tribuit connubia SPONSO,  
Vitis ut arboribus decori est, & vine coronant  
Pocula: Sic decori est SPONSÆ hæc dignissima SPONSO,  
Quæ clarens genere, est caro prognata Parente  
FREVDMANNO: cuius celebris super æthera fama  
Virtute & meritis merito servatur in ævum.  
Hæc decus & virtute sua natalibus addit,  
Observare DEVM scit & observare Maritum,  
Et Charitum & Veneris cunctis est dotibus aucta:  
Hæc FREVDMANNA viro jam Sponso gaudia mille  
Adferet exhilarans eius cor: dulce laborum  
Et solamen erit, caput & venerabile mulcens  
Blanditijs adimet resides in pectore curas;  
Hæc claræq; domus est firma columna futura.  
Et decori est SPONSVS SPONSÆ, hæc nec dignior ullus;  
Cuius in ore sedet fandi doctissima Peitho,  
Cui gravitas faciem decorat: prudentia & ornat  
Pectus consilijs gravidum & pietate refertum,  
Sed tempus non fert digno describere versu



*SPONSI vel SPONSAE stirpem, laudes, vel honores,  
Veldotes animi, impediunt duriq; labores,*

*Nunc vobis grator divino Numine junctis,  
Et precor ex animo ut vivo Respublica florens  
Templa, Schola atq; domus maneat Te CONSULE semper:  
Sit Thalamus concors, fœcundus, sit q; secundus  
Vester: nilq; mali perturbet gaudia Vestra,  
Conferat & CHRISTVS vobis genus omne bonorum,*

*debitæ observantiæ ergò  
M. Nicolaus Gerlach Hal.  
Scholæ patriæ collega.*



*Aristot.*

*Ἐν δυσυχίαις λάμπει τὸ καλόν.*

*IACOBVS MICHAEL CONSVL,*

*per ἀναγκασμᾶτισμόν.*

*OCH, VINCO MELLA CASIBVS.*

*CASIBVS, OCH, VINCO benè MELLA in tristibus acer.*

**T***Ristius in vita nihil est, vel acerbius, omni,  
Tristia quàm sociæ fata dolere sua.  
Dulcius in toto nihil est, vel gratius, orbe,  
Roscida quàm pressis mella liquata favis.  
Ergò dolor potuit non, Consul, acerbior esse,  
Quàm te bis vidui fata dolere tori-*

*ribus.*



*Acribus at qualem praebe te casibus? Acrem.*

*Acri etenim superas tristia fata animo.*

*Aerumnas superas tamen, aerumnis ut in ipsis*

*Emineat summum, Numine dante, decus.*

*Sic casus duros, non casus; mella putare*

*Excelsa recte dulcia mente soles.*

*Quis vero de te, tam forti pectore, Consul,*

*Verba usurpari talia posse neget:*

*CASIBUS, OCH, VINCO bene MEL-*

*LA in tristibus acer;*

*Duraq; mella putans; vinco ego dura potens,*

*Numine qui fretus, casus bene vincit acerbos,*

*Hei, placida vitam mente beatus agit.*

*ἄκροσίων,*

*Votum complectens:*

*VIVE ple, ple Sponse, toro: bene Sponsaque VIVE:*

*LaVs Do Mino: Sponsis Vita benigna noVls.*

*Ioachimus Caesar*

*Halensis.*



A 2490

ULB Halle

3

003 485 986




sb

kom











XLV

31<sup>a</sup>

IN SOLENNEM FESTI-  
VITATEM NUPTIARVM

AMPLISSIMI  
ET PRVDENTISSIMI  
VIRI, ERVDITA DOCTRINA,  
eximiâ dignitate, omniq; virtutum laude præ-  
stantissimi, Dn. IACOBI MICHAELIS,  
Inclytæ Reipubl. Halensis  
Coniulis vigilantissimi,

CVM

FOEMINA LECTISSIMA  
ET PVDICISSIMA, ANNA FREVDEMAN-  
NIA, Amplissimi, Excellentissimi & Consultissimi viri, Dn.  
SEBASTIANI DRACHSTADII, I.V. Docto-  
ris celeberrimi, & Salinarum Saxonicarum  
Consulis quondam solertissimi p. m.  
relictâ viduâ.

Celebratarum die VI. Mensis IXbris.

et

Halæ Saxonum Typis Pauli Graeberi, Anno 1599.

~~40~~ 45

